Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



74

meo sperabo. & gladius meus non saluabit me.

Saluasti enim nos de affligentibus nos. & odientes nos confudisti.

Indō laudabimur tota die. & in nomine tuo confitebimur in seculum.

Nunc autem reppulisti & confudisti nos. & non egredieris in uirtutib, nris.

Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros. & qui oderunt nos diripiebant sibi.

Oedisti nos tamquā oues escarum. & in gentibus dispersisti nos.

Uendidisti populum tuum sine pretio. & non fuit multitudo in commutationibus eorum.

sepe in cassum mittitur, ensis enim operatur mortis effectum, qua propter nec in ea confidit multitudo scōrum sed in protectionem diuinam.

Qui dicunt. laudabimur in futuro se profitentur esse praedicandos, Totu die perpetuum tempus ostendit. quod non habet noctem, Confitentur in sceculum. qui preconia dñi hic iugiter personare contendit.

Auerti enī ē. hostem fugere carnalē. debem enim inimicos nr̄os ante nos habere ut sciam quid cauere debeam, hoc sol et effugatis euenire. ut in direptionem cadant. qui hostibus suis minime preualebunt resistere, diripiebant persecutores martyres. cum plagis uel reliquis tormentis eos uexabant.

Vsq. nc̄ de se locutis martyres nunc de iudeorum populo dicunt. quib; dictū est. In peccatis uris uenditi estis, Ideo sine p̄tio q̄a n̄ ē effusus sanguis agni peis. n̄ fuit multitudo in cōmutationib; eorum, Cōmutatio ē datę rei equalia consequi. sed hic uilior erat p̄tiū qd̄ c̄parauit pprio sanguine. id humanū gen iacens in peccatis liberauit.

Non est dubium apud scōs se liberari in secundo aduentu dñi. a persecutione spirituum pessimorum. qui eos hic multiplicibus insidiis affligebant, confunduntur etiam qui beatos oderunt. quando illi aeterna poena damnantur. iusti recipiunt regna caelorum.

Dicendo enim martyres. nunc autem significant de futuris temporibus se ante dixisse. quia nc̄ est p̄sens tempus, repulisti. id est dilationē nobis fecisti. de illa futura beatitudine quam nob̄ pmisisti, Confudisti illa gloriosa confusione. quam martyres subeunt cum diuersis criminib; affliguntur, nunc etiā non egredit dñs in uirtutib; martyrum. cum eos tribulationibus subdit. et diuersis passionib; subiacere concedit.

Esca enim luporum est. ouium mansuetu simplicitas. quae martyribus merito comparatur, qui occidi a persecutoribus. leniter quiescunt sine concertatione, et in gentibus traditi. libertatem suam cum patrimoniis perdiderunt.